



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

Ammiani, Sebastiano

Venetiis, 1562

Tepiditate[m] fugere debemus p[ro]p[ter] iij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30415

CHRISTIANA

materia require in cap. de malis peccatorum, et in capitulo de penis inferni.

Tepiditatem fugere debemus propter quatuor.

Apoc. 3. **P**rimo, quia uomitum deo pro-
uocat. Apoc. Utinam frigidus
esset, aut calidus, sed quia tepidus
incipiam te euomere. Secundo,
quia diabolo fiduciam temptandi tri-
buit. De multis enim uitiis temptat
Diabolus hominem tepidum, de qui-
bus non audet temptare feruentem.
Olla feruenti musca non insident.
Tertio, quia reddit hominem quasi
impotentem, & contractum; ut pa-
ret in illis qui cum ualde fortes sint,
tamen non possunt quartam partem
penitentiae facere, quam facit uetula
una. quod accidit propter tepidita-
tem, quoniam paruum habent desi-
derium agendi penitentiam. unde
tepiditas dicitur esse paruus amor bo-
Bernar. ni. Bernardus. Forsitan omnino non
possumus, quia non multum uolu-
mus. Quarto, quia homo tepidus
non impetrat quod in oratione postu-
lat.

lat. S.
ginti
tione
Vnde
quod
magn
dus.
prof
cte a

T
choa
nuita
sibi u
eoru
ut eff
conf
sa qu
ad m
de cu
ceter
legit
oppr
addu

lat. Sæpe enim accidit quòd aliquis uir-
ginti annis non accipit quod in ora-
tione postulati, quia tepidè quærit.
Vnde P. Augustinus. Seruat tibi deus
quod non uult citò dare, ut tu discas
magna magnè desiderare. Et Bernar-
dus. Si incipis, incipe perfectè; si in-
profectu es, hoc ipsum iam perfe-
ctè age.

August.

Bernar.

*Tarditatis uitium dissua-
dent nobis
tria.*

Tardus enim differt inchoare
opus quod facturum est, & tar-
dus procedit in opere iam in-
choato. Primo, est uelocitas, & stre-
nuitas, quam mali habent in eis, quæ
sibi utilia esse credunt. Prou. Pedes
eorum ad malum currunt, & festinant
ut effundant sanguinem. Ber. Magna
confusio, ardentius seculares pernitio-
sa quam nos utilia, alacrius currunt
ad mortem, quam nos ad uitam. Vn-
de cum imminente passione domini,
ceteri apostoli somnolenti erant, ut
legitur Matt. solus Iudas somno non
opprimebatur, sed procurabat ut eos
adduceret, qui dominum comprehen-

Prou. 2.

Bernar.

Mat. 26